Vitruvius: M. Vitrvvivs De architectura
Venetiis, 1511 Seite 12v



cũdo visũ ẽ mihi primũ de materiæ copiis ꝗ ĩ ædificiis, sũt parãdæ, ꝗbus sint uirtutibus, & quẽ habeãt usum, exponere: cõmẽsus ædificioꝝ, & ordines, & genera singula symmetriaꝝ ꝑagere, & ĩ singulis uoluminibus explicare.

## M. VITRVVII DE ARCHITECTVRA LIBER SECVNDVS.

DInocrates architectꝰ cogitatiõibꝰ & solertia fretus: cũ Alexãder reꝝ potiret͛, ꝓfectꝰ est a Macedõia ad exercitũ, regiæ cupidꝰ cõmẽdatiõis. Is e patria a ꝓpĩꝗs & amicis tulit ad prĩos ordĩes & purpuratos litteras, vt aditꝰ hẽret faciliores: ab eisq; exceptꝰ humanæ, petiit uti ꝗ̃ primũ ad Alexãdrũ ꝑduceret͛. Cũ polliciti eẽnt, tardiores fuerũt, idoneũ tp̃s expectãtes. Itaq; Dinocrates ab iis se existimãs illudi, ab se petiit p̃sidiũ. Fuerat. n. ãplissima statura, facie grata forma: dignitateq; sũma. His igit͛ naturæ mũeribꝰ cõfisus, vestimẽta posuit ĩ hospitio, & oleo corpus perunxit, caputq; coronauit populea fronde, leuũ humerũ pelle leonĩa texit, dextraq; clauã tenẽs ĩcessit cõtra tribunal regis ius dicẽtis. Nouitas populũ cũ auertisset, cõspexit eũ Alexãder, & admirãs, iussit ei locũ dari, ut accederet: ĩterrogauitq; ꝗs eẽt. At ille Dinocrates ĩꝗt architectꝰ macedo, ꝗ ad te cogitationes & formas affero dignas tua claritate. Nãq; Athon mõtem formaui ĩ statuæ uirilis figurã, cuiꝰ manu leua designaui ciuitatis ãplissimæ mœnia, dextera paterã, ꝗ̃ excipet oĩum fluminũ ꝗ̃ sũt ĩ eo mõte, aquã, vt ĩde in mare ꝓfunderet͛. Delectatus Alexãder rõne formæ, statim ꝗ̃siuit si eẽnt agri circa, ꝗ possẽt frumẽtaria rõne eã ciuitatẽ tueri. Cũ ĩuenisset nõ posse nisi trãsmarinis subuectiõibꝰ, Dinocrates inꝗt attẽdo ægregiã formæ cõpositionẽ, & ea delector sed aĩaduerto, ut si ꝗs eduxerit eo loco coloniã, fore ut iudiciũ eiꝰ uitupet͛. Vt. n. natus ĩfans sine nutricis lacte nõ põt ali, neq; ad uitæ crescẽtis gradus ꝑduci, sic ciuitas sine agris, & eoꝝ fructibꝰ ĩ mœnibꝰ affluẽtibꝰ, nõ põt crescere, nec sine abũdãtia cibi freꝗ̃ntiã hẽre, populũq; sine copia tueri. Itaq; queãdmodũ formationẽ puto ꝓbãdã, sic iudico locũ ĩprobãdũ: teq; uolo eẽ mecũ, ꝙ tua oꝑa sũ usurus. Ex eo Dinocrates ab rege nõ discessit, & in Aegyptũ ẽ eũ ꝓsecutꝰ. Ibi Alexãder cũ aĩaduertisset portũ nãl'r tutũ, ẽporiũ ægregiũ, cãpos circa totã Aegyptũ frumẽtarios ĩmanis flumĩs Nili magnas utilitates, iussit eũ suo noĩe ciuitatẽ alexãdriã cõstituere. Itaq; Dinocrates a facie dignitateq; corꝑis cõmẽdatꝰ ad eã nobilitatẽ ꝑueĩt. Mihi ãt ĩꝑator staturã nõ tribuit natura, faciẽ deformauit ætas, valitudo detraxit uires. Itaq; ꝗm̃ ab his p̃sidiis sũ desertꝰ, ꝑ auxilia sciæ, scriptaq; (vt spero) ꝑueniã ad cõmẽdationẽ. Cũ aũt in prĩo uolumine de officio architecturæ, terminationibusq; artis perscripserim, itẽ de mœnibus, & intra mœnia areaꝝ diuisiõibus, insequaturq; ordo de ædibus sacris & publicis ædificiis, itemq;

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vitruvius1511/0024
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.